

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

In ea calcei non memorantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

res Sacerdotes calceati in antiquis nummis & marmoribus visuntur. Qua de re plura jam dudum monuerunt viri eruditissimi, & nuperrime multa congregavit Johannes Braunius, in eximio opere de vestitu sacerdotum Hebræorum.

II. Apud Hebræos summa religione observatum fuit, ut non nisi nudipedes rem divinam peragerent sacerdotes. Cujus rei non leve argumentum est, quod inter vestes, quibus indui Sacerdotes supremum Numen præcepit, calcei non numerantur. Extat lex de Exod. 28. vestibus sacris, quibus Deus indui voluit tum summum Pontificem, tum reliquos sacerdotes, cum sacris operarentur. Vestes illæ fuerunt *Ephod*, *Pectorale*, *Pallium*, *Aurea lamina Tunica*, *Cidaris*, *Balteus*, *Feminalia*. Sed qui sacerdotibus vestiendi modum præscriptit Deus calceos iis non indulxit. Voluit scilicet ut nudis pedibus sacris operarentur, nisi quod tunica utcumque essent tecti. Quod sane ostendit Hebræorum sacerdotes calceis caruisse, quia cum vestibus sacris nusquam memorantur. Dif-
ferte

264 De CALCEIS HEBRÆOR.

Exod. 28.4. serte Deus dixit *hunc vestibus facies*
dotio fungentur mihi. Ut plane
calcei fuerint vetiti. Quod etiam

Greg Nys.
in Cant. docte observavit Gregorius Nyss.

nus, qui sacerdotes Hebræorum
nudis pedibus templum ingredi
solitos ex eo animadvertisit, quia
cum Dominus in antiqua lege cun-
ctis membris sacerdotalibus orna-
menta pulcherrima præscripsisset
conficienda, nullam tamen de pe-
dum calceamentis fecerit mentio-
nem: *Volens, inquit, hoc ipsum*
pedi sacerdotali culius pulcherrimi loco
esse, quod ab omni tegumento nudus
ac immunis esset, quia scilicet istis,
in sacro consistendum pavimento.

III. Hoc quam maxime ex eo
confirmatur, quia plura vestimen-
ta, quam præceperat Deus inter
ministrandum induere, nefas fuit.
Observant plurima Judæorum ma-
gistri de sacerdote quem vocant
מְחַפֵּר בְּנֵרִים deficiente vestibus, &
יֹוָד בְּנֵרִים qui redundant vestibus, &
utrumque à sacris arcendum volunt.
Sacerdotium nempe putant ille-
gitimum, cum sacerdos ministerium
obit sine quadam ex illis vestibus
quas mandavit Deus, puta femi-
nalibus